

& qualitatem illarum personarum, quibus
hæc Sacramenta debet administrare scilicet,
quæ sunt suæ iurisdictionis, & Parochiaæ, ut
notatur à Panor. c. Omnis vtriusq; de Penit.
num. 6. & Navarr. c. 4. nu. 1. Silvbi supra.
Et quoniam non nisi ipse contritus, vel ve-
risimiliter contritus Sacramenta administra-
re potest. Et similiter q; non nisi contritus,
vel verisimiliter contritis debet Sacramen-
ta exhibere, sub peccato mortali. Primum
probatur ex. c. vlt. de tempo. ord. vbi dici-
tur: sibi adquirire damnationem. Et proba-
tur ex. S. Tho. 3. p. q. 64. art. 6. & Victo.
Caie. ibi. Sil. verbo Sacerdos. §. 1. par. 6.
citat. c. vlt. 15. q. 8. Quidam quidem videoas
rogo. Vide eundem Sil. Ordo. 4. §. 2. & Bap-
tismus. 3. §. 4. vbi tractat hæc. Sed videlicet
est Dominus Caie. in Opus. q. de usu spiri-
tualium fo. 90. maximè in fine quæsti. vbi
dicit, q; verè contritus, vel credens, se con-
tritum, quia diligenter, & si non sufficiet
discussit se ipsum, non peccat administrando
Sacramenta, quia talis nō censendus est, esse
in peccato mortali, alias poneret se in pericu-
lo pec. mor. cum ad administrandum, l. re-
cipiendum Sacramenta accedit, cum nemo